Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Ultima Etas mundi: ac finis.

nia ponere non opus est / Cum tantam rerum multitudinem mensura libri non caperet / Qui hec dilig
encius voluerit scire / Ex ipso fonte hauriat / Et plura quam nos in hiis libris complexi sumus admi
rabilia requirat: Postquam tandem fuit terre mortalium confusio / Et ipse omnipotens cum venerit in solio
iudicare omnes vivos et mortuos ~~ipsum~~ omnes / Eodem tempore fiet publica omnium resurrectio: Cuiusque corpus
quod resurget a mortuis incorruptibile et immortale / non solum iustorum / sed etiam peccatorum / iustorum
quidem ut semper possint permanere cum christo / peccatorum vero ~~ut~~ ut absque intermissione sua debi
tas luant penas; Postremo iustus iudex perpetuitatem glorie iustis donabit / Impiis vero plurimis
confusionis et penas inferabit / Quorum vermis permanebunt eternum / ut sufficere possint cruciatibus et ignis
perpetuo / Cuius natura diversa est ab hoc nostro / quo ad vite necessaria utimur / Qui nisi alicuius materie
fomite alatur / extinguitur / At ille divinus perpetuo semper vivit / et viget / sine ullis alimentis ac
sibi ipse eternum pabulum inferabit / ac sensum doloris afficiet; Quanta autem felicitas existimanda
est ~~[illegible]~~ iustis ac piis ~~[illegible]~~ subtractis hiis laboribus terrenis / perfectis ad illum equissimum iudicem pate
rnumque indulgentissimum / qui pro laboribus requiem / pro morte vitam / pro tenebris claritatem /
pro terrenis ac brevibus bonis / eterna et celestia largiatur / Universos igitur oportet operam da
re ut ~~[illegible]~~ [semel] primum ad rectam viam dirigant / vel susceptis operatisque virtutibus / huius vite labo
ribus pacienter exactis / consolatorem deum habere mereantur / Pater enim noster ac dominus qui condi
dit firmavitque celum / qui solem cum ceteris sideribus illuxit / Qui libratam magnitudine sua terram
vallavit montibus / mare circumdedit / amnibusque distinxit / Et quicquid est in hoc opere mundi
conflavit ac perfecit e nihilo / perspectis erroribus hominum / ducem misit / qui nobis iusticie viam
panderet / Hunc sequamur omnes / hunc audiamus / huic devotissime pareamus / Congredia
mur cum hoste quem novimus / fortiter ut victores / ac devicto adversario / triumphantes premium
virtutis quod ipse promisit a deo consequamur: Et in altissimum celum relicto stellato per illam in mediis
portam insigne regis ingrediamur / Ubi urbs illa beatorum civium atque dei summa tecum incomparabile in me
diis celi campis apparebit / Hec urbs ut verba Iohannis in apocalipsi ~~[illegible]~~ [sonant] in se dei et lumen eius simile
lapidi precioso habet / ~~[illegible]~~ [Cuius] muros magnos et altos / habet portas duodecim et nomina scripta xii tribuum
filiorum israhel / quaternis lateribus prout sunt partes mundi / Murus civitatis que quadrata est ha
bet fundamenta xii / Et in ipsis nomina xii apostolorum / fundamenta muri civitatis omni lapide precioso ornata /
In enarrabili igitur gaudio perfundemur / cum in patriam veram remigrabimus / Ex qua orti sumus / imo in qua orti
sumus / ex meliore multoque prestanciori nostri parte / Quando post longum erumnosum periculosum
exilium eas regiones atque illa loca plena magnificentie / et adventu nostro gratulabunda videre specul
labimus: Deprecemur igitur / ut nobis et omnibus / qui hec audiunt / Concedat dominus / fidem
quam suscepimus custoditam: cursu consumato / expectare iusticie repositam coronam: Et
inveniri inter eos / qui resurgunt in vitam eternam: Liberari vero a confusione et sup
plicio eterno / per Christum dominum nostrum / per quem est deo patri omnipotenti / cum spiri
tu sancto gloria et imperium in secula seculorum Amen :~

Completo In Famosissima Nurembergensi urbe / Operi de histo
riis etatum mundi / ac descripcione urbium / feliciter imponitur finis.
Collectum brevi tempore Auxilio doctoris hartmanni Schedel / qua fieri
potuit diligencia / Anno Christi Millesimo quadringentesimo
nonagesimo tercio / die quarto mensis Iunij ;

Deo igitur optimo · sint
laudes infinite :~